

6938 L. Aufidio Mascu|li f. Celeri Mas|culino Quir., | Flaviaugustano¹, | flammī designato, | r. p. s.² | d. d.

Tarracone (II 4196 vidit Huebner). — 1) Incertum quod oppidum significetur. — 2) Res publica sua (Huebn.).

Alius flamen designatus eiusdem provinciae est in t. Asturicensi II 5124 (p. XLV); flamen designatus provinciae Baeticae in t. Cordubensi II 2220.

6939 Semproniae | Fuscī f. Placidae | Pompaelonensi, | flammīcae, con|sensu concili | p. H. c., | C. Cornelius Valens | maritus | s. p. f.

Tarracone (II 4246 saepius descripta saec. XVI).

6940 Paetinae Pa|ternae Paterni | fil., Amocensi Cluniens. | ex gente Cantabro[r.], | flammīcae p. H. c., L. An|tonius Modestus¹ | Intercat. ex gente | Vaccaeor.², uxori pi|entiss., consent. p. H. c., s. p. f.

Tarracone (II 4233 cf. p. 973 vidit Huebner). — 1) Ad hunc spectat t. Tarraconensis II 6093. — 2) Cf. N. 6096 not. 2. Diversa Intercatia Asturum supra N. 2530.

6941 Val., G. V.¹ Fidi fil., | Fidae, Segobr|ig.² ex γ³ Carthag., | flammīcae, uxo|ri L. Caecili Por|ciani⁴ flam. | p. H. c., p. H. [c.]

Tarracone (II 4252 vidit Huebner). — 1) G. Valerii. — 2) De Segobriga cf. C. I. L. II p. 528. — 3) Conventu (sic etiam in aliis titulis Tarraconensibus, C. I. L. II p. 544. Eph. ep. 8 p. 449 n. 199). — 4) Eisdem nominis vir in t. Tarraconensi II 4263 L. Caec. Porc[ia]nus ex prov[inc.] | Africa decuri[o ad]le[ct.] in col. Tarraconens[is].

6942 M. Fabio M. f. | Gal. Paulino | equo publico | donato ab | imp. Caes. Hadriano | Aug., | Ilerdenses¹ | civi optimo ob | plurimas liberalitat. | in rem public. suam | loco a provincia | [imp]etrato posuerunt. | D. d.

Tarracone (II 4269 descr. Accursius alique). — 1) Ilerda, hodie Lerida.

6943 C. Valerio Avito Ilvir., | Val. Fir|mina fil., | translato | ab divo Pio | ex munic. August.¹ | in col. Tarrac.

Tarracone (II 4277 ad exemplum Posadae accuratum). — 1) Videtur significari Saetabis municipium Augustanum (C. I. L. II 3625. 3635) provinciae Tarraconensis, potius quam municipium Augustum Gades (Huebner).

6944 L. Cornelio | C. f. Gal. | Romano | flammīni, Ilvir. | Osicerd.¹ et | Ilvir. coloniae | Tarraconens., | Aemilia Kara | uxor.

Tarracone (II 4267 vidit Huebner). — 1) Cf. Plin. h. n. 3, 24; C. I. L. II 4244.

6945 P. Fabio P. f. Ser. | Lepido f.; | quae¹ ex d. d. Tarr., | quod factum post | mortem eius, posita est, | adiectis ornamentis | aedilicis, remissa | impensa quam mater | eius Iulia Sex. filia | Reburina | de suo dedit.

Tarracone (II 4268 vidit Huebner). — 1) Statua.

6946 C. Calpurnio | P. f. Quir. Flacco | flam. p. H. c., | curatori templi, | praef. murorum | col. Tarr. ex d. d. | C. Calpurnius Flaccus | honorem accepit, | impensam remisit.

Tarracone (II 4202 aliquoties descripta).